



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,
locisq[ue] scriptos digesti**

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1545

VD16 C 4328

XII. Fragmentum, de sanctificatione donorum, & de ea quae antea sit,
gratiarum actione, Ex Graeco super Canonem Missae commentario,
Transcriptum Ratisponae. Anno. 1541. Die. 27. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29563

MISCELLANEO RVM LIBRI TERTII

Tractatus Duodecimus.

FRAGMENTVM DE SANCTIFICA
tione donorum, & de ea quæ antea sit gratiarum
actione, Ex Græco super Canonem
Commentario.



Luc. 22.
Canon dicitur
Oratio
perfectiua.

Præfatio ante
Canonem

Quomodo
peragitur sa
crificium.

Prætime hoc pacto & sacerrime dispositis, quid super est, nisi ut sacerdos ad agendum gratias deo præbitori omnium bonorum conuertatur, imitatus primum sacerdotem qui gratias egit Deo & Patri, prius quam mysterium communionis traderet. Ipse igitur sacerdos ante orationem Perfectiuam, per quam sacrificat sancta, hanc gratiarum actionem, Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi facit. Gratias agamus Domino, omnibusque qui astant compositis & dignum ac iustum alte dicentibus. Ipse per seipsum gratiarum actionem refert deo, Glorificans eum & cum angelis per hymnos alte collaudans, Ac gratias professus largitori bonorum omnium, quæ ab æterno nobis impartitus est, & demum ipseus indicibilis, sermonem omnem superantis, Saluatoris nostri pro nobis Conuersationis memoratus, postea sacrificat præciosa dona, & uniuersum absoluit sacrificium. Et ad quem modum uerendam illam edisserens cœnam, Et quomodo ipsam ante passionem sanctis discipulis præbuit, & quæ accepit Calicem & quæ accepit panem, & gratias agens sanctificauit, & quæ ea dixit per quæ mysterium manifestauit. Et ubi

ubi ipsa uerba dixit, mox procidit oratque & supplicat, ut diuinæ illæ uoces unigeniti ipsius filij saluatoris nostri, propositis donis coaptentur, & suscipientia omnisanctum ipsius ac omnipotentem spiritum, transmutentur, panis ^{Transmutatio.} quidem in ipsum præciosum & sanctum eius corpus, uinum uero in immaculatum & sanctum sanguinem. Quibus actis & dictis, quicquid ad sacrificium attinet, exactum est, & ad finem peruenit, donaque sanctificata & sacrificium perfectum est.

Magnaque uictima & hostia, quæ pro mundo maculata est, in sacra mensa iacens uidetur. Panis enim non ad huc Domini corporis Typum gerit, neque est donum imaginem ueri doni ferens, neque picturam quandam in star tabulæ in seipso salutarium passionum portat. Sed ipsum uerum donum ipsum domini totum sanctum Corpus, quod omnia illa uere suscepit, opprobria, contumelias, uerbales, Crucifixum, mortuum. Quod sub Pontio Pilato pulchram Confessionem testatum est, a lapidibus, uerberatum, sputis dedecoratum, quod se degustauit. Similiter & ipse sanguis, qui maculato corpore exiit, Hoc corpus cum illo sanguine, quod ex spiritu sancto conceptum, natum ex beata uirgine, Sepultum, quod tertia die surrexit, ascendit in cælum et ad dexteram patris sedet.

Non panis, sed uera uictima, corpus Domini, in altari est post consecrationem,

VNDE TVTTO CREDIMVS
Mysterium.

ET quæ fides? Ipse dixit, hoc est corpus meum. Hic sanguis meus. Ipse quoque apostolis iussit ut hoc facerent, & per illos toti ecclesie. Hoc enim ait facite in meam commemorationem. Non utiq; iussisset ut hoc facerent, nisi ^{Matth. 26:} si uirtutem daturus fuisset ad hoc faciendum, Et quæ uirtus?

Virtute spiritus? Spiritus Sanctus ex alto Apostolos replens, iuxta id
 ritus Sanctus quod dictum est a domino. Sedete in Ciuitate Ierusalem do-
 et confici- nec induamini uirtute ex alto. Hæc illius descensus opera-
 tur Sacra- tio, non enim semel adueniens nos postea reliquit, sed nobiscum
 mentum. est & erit semper, propter hoc enim misit eum Saluator ut
 Luc. 24. maneat nobiscum in æternum. Et alium paraclenum
 Ioh. 14. (ait) mittam uobis, ut maneat uobiscum in æternum, Spi-
 ritum ueritatis, quem mundus non potest capere, quoniam
 neque uidet neque cognoscit ipsum. Vos autem cognoscitis
 eum, quoniam apud uos manet & in uobis est, Hic sanctus
 spiritus, per manum & linguam sacerdotum mysteria
 perficit. Nec Sanctum Spiritum solum misit Dominus
 nobis ut nobiscum maneret, Sed & ipse promisit manere
 nobiscum usque ad consummationem sæculi, Verum paraclenus
 inuisibilis est, quia corpus ipse non attulit, Dominus per
 uerenda & sacra mysteria tangi se permittit, cui nostram
 naturam suscepit, & in æternum laturus est, Hæc sacerdotij
 uirtus, Hic sacerdos. Non enim semel seipsum offerens &
 sacrificans Sacerdotium dimisit, sed continue eundem
 nobis ministrat ministerium, per quod & aduocatus pro
 nobis ad deum in æternum. Cuius gratia dictum est ad
 eum. Tu es sacerdos in æternum, propter hoc nulla est
 fidelibus de sanctificatione donorum ambiguitas, nec de
 alijs mysterijs, si secundum propositum & orationem
 sacerdotum perficiantur, Et hæc quidem hæcenus.

Matth. ult.

DE COMMUNI GRATIA

rum actione, quæ in communicatione mysteriorum fit, & de ultima oratione.

Sacerdos

Sacerdos uero eos qui mysteria acceperunt, datori Deo Gratias agere pro tanto dono iubet. Nec quasi aliud agens & segniter, sed maximo cum studio & diligentia. Hoc enim sibi uult uox hæc, recti, non uidelicet iacentes non sedentes sed & animam & corpus ad ipsum extendentes.

Post hæc alias quoque consuetas ad deum fundi deprecationes admonens, ab altari exit, transque ante uestibulum pro omnibus orationem legit, sed illud quoque notari oportet, quod post sacrficationem, & eam quæ in hac facta est glorificationem tanquam debitam omnibus erga deum completis, sacerdos ueluti seipsum absoluens ab ea, quam cum deo habuit, consuetudine, illiusque sublimitate, in hominum conuersationem paulatim descendit. Modo tamen qui est sacris conueniens, quippe orans hoc facit. Orationisque series & locus ipsum descendenter ostendunt.

Prius namque intra altare & per seipsum nullo audiente, ad deum intentus orabat. Nunc ab altari exiens & intra multitudinem quasi unus ex medio factus, omnibus audientibus pro ecclesia et omnibus fidelibus communem facit deprecationem.

Dehinc primo oblatum panem, a quo Sacrum abstulerat, in multas secans porciones fidelibus distribuit, ueluti sanctum ex ipsa repositione ad templum & oblatione iam effectum. Ipsi uero cum omni suscipientes pietate, sacerdotis dexteram deosculantur, ueluti quæ de recenti totius sancti saluatoris Corpus attigerit, & illinc sanctificationem quam acciperit tradere tangentibus credatur. Interim fideles causam prebitoremque horum bonorum glorificant, glorificationem a sacris literis assumptam, Sit nomen domini benedictum, & quæ sequuntur, Quod ubi multociens acclamarunt, psalmum legunt glorificatione ac gratiarum actione redundantem, uis delictet, Benedicam dominum in omni tempore.

D d d

Pane

Gratias a
tio post per
actum sacri
ficium.

Ritus Graecorum post
finitam missam.

Duplex oratio sacerdotis.

Distributio panis post finem missæ

Psalm. quæ decantat post pulus.

Oratio sacer
dotis ad popu-
lum.

Pane distributo & Psalmo finito, Sacerdos extremam multitudini orationem exequitur. Non solum extra altare & omnibus audientibus, Sed & ad ipsam multitudinem uerba orationis extendens, maiorem nunc quam antea cum multitudine communicationem ostendit. Quæ autem oratio: Ut ob misericordiam saluemur, ueluti nihil habentes domo, hoc est ex proprijs nostris operibus, inferre salute dignum, sed ad solam aspicientes eius quæ saluare potest, benignitatem.

Quorum in
ea Oratione
fit mentio.

Propter hoc & multorum meminit intercessorum, hæc in re nobis auxilio esse potentium. Atq; ante omnes ipsius sanctæ dei matris, cuius gratia ab initio sumus misericordiam consecuti, pro cæmîu autem orationis Christus, uerus noster deus, non unus ex adulterinis ac nothis & falso uocatis dijs, Quos multos aliquando sumus uenerati, sed quæ posterior uix inuenimus, Deus uerus noster, propter hoc soli ipsi ut deo decet omnis gloria honor & adoratio cum patre eius sine principio. Atq; toto sancto bono & uiuificante ipsius spiritu, Nunc & semper & in secula seculorû Amen. Exscriptum Ratisponæ 27. Julij. Anno 1541. Laus Deo.

IOHANNES COCHLÆVS

Pio lectori.

HOs Quatuor Miscellaneorum libros properantius nunc emitto, Candide lector, eam potissime ob causam, quod sacratissimus Imperator noster CAROLVS. V. decreuisse dicitur, præcipue de causa religionis in Cõuentu Vuormaciensi nunc nunc celebrando cum Principibus & statibus sacri Ro. Imperij tractare, Cum igitur diuersi de religione Tractatus, qui per XXIII. annos in diuersis locis temporibusq; & ex uarijs occasionibus scripti sunt, in his

In his Quatuor libris habeantur, Visum est mihi opere precium fore, ut hoc præsertim tempore in publicum emittantur, In nullius autem odium gratiam ue priuatam eos nunc ædo, sed in publicum dumtaxat pacis & concordia boni respicit hic oculus meus, ut hac æditione suggeram ijs, qui legere dignabuntur, occasiones cogitandi pie ac diligenter, quomodo possit commode, salua fide Catholica, consuli et animarum saluti & publicæ per Imperium in Germania paci. Quod utiq; per gratiam Dei fieri poterit, si omnium oculi in fidei Catholicæ ueritatem unice intenti fuerint, ut nõ possit nobis illud Apostoli uere aut iure obijci, Omnes quæ Phil. 2. sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, Quæ sunt autem Iesu Christi: Vnitas, pax, ueritas, fides, spes, & Charitas. Ioh. 17. Ipse enim rogauit deuotissime patrem suum, non solum pro Apostolis suis, sed etiam pro eis qui per uerbum eorum in se credituri erant, ut Omnes (inquit) unum sint, sicut tu pater in me & ego in te. Ipse ait, Pacem relinquo uobis, Ib. 14. & 15. pacem meam da uobis. Ipse dicit, Ego sum uia, ueritas & Math. 18. uita. Ipse mandatum nouum dedit nobis ut diligamus inuicem, Ipse pro Ethnico iussit haberi eum qui nõ audit Ecclesiam. Audiamus igitur, quid nam de omnibus contro uersijs, quæ nunc in religione nos perturbant, statuerit docueritque hæctenus per tot sæcula pia mater Ecclesia, & nemo filiorum eius suæ innitatur prudentiæ, aut altum sapere uolens, matris præsumat esse magister, ut ausit eam aliter docere quàm hæctenus à spiritu sancto edocta est. Ipsa enim est columna & fundamentum ueritatis, Ego itaque hæc omnia, meque ipsum subijcio iudicio & Correctioni 1. Timo. 3. sanctæ Sedis Apostolicæ & Ro. Ecclesie, Ad quàm omnes Christianos ppter Principalitatem conuenire oportet, sicut S. docet Ireneus.

FINIS.

In der ersten...
 der zweiten...
 der dritten...
 der vierten...
 der fünften...
 der sechsten...
 der siebenten...
 der achten...
 der neunten...
 der zehnten...
 der elften...
 der zwölften...
 der dreizehnten...
 der vierzehnten...
 der fünfzehnten...
 der sechzehnten...
 der siebenzehnten...
 der achtzehnten...
 der neunzehnten...
 der zwanzigsten...
 der einundzwanzigsten...
 der zweiundzwanzigsten...
 der dreiundzwanzigsten...
 der vierundzwanzigsten...
 der fünfundzwanzigsten...
 der sechsundzwanzigsten...
 der siebenundzwanzigsten...
 der achtundzwanzigsten...
 der neunundzwanzigsten...
 der dreißigsten...
 der einunddreißigsten...
 der zweiunddreißigsten...
 der dreiunddreißigsten...
 der vierunddreißigsten...
 der fünfunddreißigsten...
 der sechsunddreißigsten...
 der siebenunddreißigsten...
 der achtunddreißigsten...
 der neununddreißigsten...
 der vierzigsten...
 der einundvierzigsten...
 der zweiundvierzigsten...
 der dreiundvierzigsten...
 der vierundvierzigsten...
 der fünfundvierzigsten...
 der sechsundvierzigsten...
 der siebenundvierzigsten...
 der achtundvierzigsten...
 der neunundvierzigsten...
 der fünfzigsten...
 der einundfünfzigsten...
 der zweiundfünfzigsten...
 der dreiundfünfzigsten...
 der vierundfünfzigsten...
 der fünfundfünfzigsten...
 der sechsundfünfzigsten...
 der siebenundfünfzigsten...
 der achtundfünfzigsten...
 der neunundfünfzigsten...
 der sechzigsten...
 der einundsechzigsten...
 der zweiundsechzigsten...
 der dreiundsechzigsten...
 der vierundsechzigsten...
 der fünfundsechzigsten...
 der sechsundsechzigsten...
 der siebenundsechzigsten...
 der achtundsechzigsten...
 der neunundsechzigsten...
 der siebenzigsten...
 der einundsiebzigsten...
 der zweiundsiebzigsten...
 der dreiundsiebzigsten...
 der vierundsiebzigsten...
 der fünfundsiebzigsten...
 der sechsundsiebzigsten...
 der siebenundsiebzigsten...
 der achtundsiebzigsten...
 der neunundsiebzigsten...
 der achtzigsten...
 der einundachtzigsten...
 der zweiundachtzigsten...
 der dreiundachtzigsten...
 der vierundachtzigsten...
 der fünfundachtzigsten...
 der sechsundachtzigsten...
 der siebenundachtzigsten...
 der achtundachtzigsten...
 der neunundachtzigsten...
 der neunzigsten...
 der einundneunzigsten...
 der zweiundneunzigsten...
 der dreiundneunzigsten...
 der vierundneunzigsten...
 der fünfundneunzigsten...
 der sechsundneunzigsten...
 der siebenundneunzigsten...
 der achtundneunzigsten...
 der hundertsten...

FINIS